

proportiones suas^e, sed precipue in hoc quinto tempore, in quo rei huius proprietas est.

Sexta^f pars^g in messione^h deputata est seculi, etⁱ succisumⁱ in quinta parte nemus^{k156} combustioni tunc^l traditur^m. Ostenditur enim inⁿ eaⁿ¹⁵⁷ iudicium bestie^o, principaliter illorum^p hominum, qui principaliter^q persequuntur ecclesiam, generaliter vero^r ubicumque^s sunt^t propagata Babilonis^u genimina. Quis faciet^v istud^w ? Bestia cum cornibus suis. *Babilon*¹⁵⁸ est populus, qui dicitur christianus, sed^x non est^x, qui^y contaminat terram domini¹⁵⁹ et polluit sancta. Suscitabit^z ergo dominus contra immunditiam populi gentem terribilem, que designatur in^a bestia^a, et^b veluti quidam operarii succident^c nemora multa ad facienda novalia, et^d purgabitur sentibus^e ager mundi. Incipient^f autem electi confortari in domino, sed bestia^g pugnabit adversus illos et cum illa pseudoprophete. Exurget autem^h dominusⁱ in iudicium et triumphabit de gentibus illis^k et erit pax. Edificabitur enim^l Ierusalem nova in angustia temporum¹⁶⁰. In novissimis autem diebus^m absolveturⁿ diabolus^{o161}, qui iamdudum alligatus^p est, et seducet gentes, que sunt super quatuor angulos terre, Gog et Magog^q, et adducet illas^r contra ecclesiam; veniet autem ignis de celo¹⁶² et consumet illos^s. Erit autem istud in sexte^t apertionis fine, et tunc erit sabbatum, deinde resur-

e) fehlt B. f) Für den folgenden Schlußabschnitt liegt ein weiterer Textzeuge vor in der Hs. Vat. lat. 3822, f. 108^{vb} (F). g) parte E; folgt libri F. h) mersione A. i) fehlt E. k) fehlt E. l) nunc BDE. Die Wortstellung ist in diesen Überlieferungen corrupt. m) fehlt B. n) fehlt F. o) folgt et DE. p) eorum BD. q) fehlt DE. r) enim F. s) utcumque B. t) sint F. u) fehlt F. v) facit E. w) fehlt E. x-x) fehlt DE. y) quia ACF. z) suscitavit E. a) per bestiam DE. b) ut E. c) succidant DE. d) fehlt AC. e) fontibus B. f) incipiunt DE. g) fehlt C. h) fehlt D. i) deus A. k) fehlt AC. l) fehlt D; autem E. m) folgt idest circa finem seculi F. n) solvetur iterum F. o) folgt de carcere suo F. p) colligatus B; ligatus F. q) Got et Magog B (= Goc et Magoc). r) eas F. s) illas DE; eos F. t) sexto B.

¹⁵⁶) vgl. Iudic. 6,25.30; Ezech. 15.

¹⁵⁷) Im 6. Teil der Apoc., cap. 17–19.

¹⁵⁸) vgl. Apoc. 17,5.

¹⁵⁹) vgl. Jer. 2,7; 16,18.

¹⁶⁰) vgl. Dan. 9,25; oben Z. 387.

¹⁶¹) vgl. Apoc. 20,2 f. 7.

¹⁶²) vgl. Apoc. 20,9.